27 Polae in quadam marmorea basi ad aedem S. Mariae CYRIACUS (TRAG. IADEST. MARC. A). In ecclesia S. Luciae in basi ad aedem S. Mariae FELICIANUS. In alio pede arcus; cum multae litterae in principio deficiant, sic sequitur MARC. B similiterque RED. IUC. Sub campanili aedis pontificiae SABINUS. — Inter Brixiana BRIX.; Uragi ROSSI, qui refert v. 9 ad vicum Toscolano prope Brixiam; Tusculi LIGOR. 17; in Corsica extra Nebbiensem basilicam in tabula saxi porphyretici CODEX SCALIGERI, fraude omnes.

I M P · C A E S
L · SEPTIMIO · SEVERO
PIO · PERTINACI · AVG
PONT · MAX · TRIB · P · VI p. C. 198
IMP · XI · COS · II · P · P
M · AVREL · MENOPHILVS
ORNATVS · IVDICIO · EIVS
EQVO · PVBL · SACERDOS
TVSCVLAN · AEDIL · POLAE
CVM · MENOPHILO · PATRE
LIB·AVG*g*·N·N·EX·PROCVRAT
I N D V L G E N T I S S I M O
L · D · D · D

Septies descripta. Integram vidit unus Cyriacus, quod exemplum exhibent Tragurinus n. 2, Iadestinus n. 2 (inde Spon. *voy.* 3a p. 68 ex ms. Val. Ponte), Marcanova (Bern. A n. 1, Mutin. n. 2), Felicianus n. 7 (inde Ferrarinus Traiect. n. 7, Reg. n. 8), Lilius f. 160'; ab his pendent Sanutus in cod. Ver. n. 60, ubi suo exemplo reiecto hoc praetulit; Panvinius cod. 6035 f. 126, Rom. p. 441, fast. ad a. 951; Manutius orth. 763, 1; Ligorius ms. Taur. vol. 13 et vol. 17 et vol. 26. Diversum est exemplum ex lapide interim mutilato desumptum, quod reperitur apud Marcanovam (Bern. B n. 3), in libro Rediano A n. 4, apud Iucundum n. 15. Tertium exemplum est id quod reperitur apud Felicianum in solo Marciano libro et huic quoque postea adiectum (Felic. II); quartum Sanuti (Bellon. A f. 35; Sabinus n. 53; Brix. p. 7 indeque Rossi p. 212; Martyr n. 3; ex Martyre Smet. 155, 4 et Grut. 263, 7, ex Grut. Carli 2, 75, ex Carlio male Kandler n. 176); quintum cod. Marc. 14, 119; sextum Bembi f. 2'. 61; septimum auctoris Manutiani cod. 5237 f. 117. Accedit interpolatum libri Scaligerani (cod. Lugd. Papenbroek. 6) p. 275.

In vv. div. secutus sum Sabinum Bembum Manutium. — In v. l. non adhibui ex Cyriacanis nisi Trag. Iad. Marcanovam A, ex Sanutianis nisi Bell. Sab. — Quae Cyriacus servavit solus, dedi inclinatis. — 4 PONT praeter Cyr. habent Red. (non Marcan. B Iuc.) Manut. cod. 119, fortasse ex supplemento. — MAX om. Felic. II, incipiens a TRIB. — POT pro P Cyr. solus. — 5 IMP Cyr. et exemplum secundum, MI·M Felic. II, PRAET cod. 119, om. hiatu indicato Bemb. Manut., hiatu non indicato Sanutus. — 6 AVRELIVS exemplum secundum, AVREVS Felic. II. — MEPHILVS Felic. II. — 7 ORNATO Marcan. (Bern. A) solus, HONORATVS Felic. I ex interpolatione. — IVDITIO Bell. — 8 AEQVO Marc. B. — PVPL Marcan. B, PVB cod. 119. — 9 TVSCVLANVS Cyr. — AEDILI Sabin., AE Felic. II. — POLE cod. 119. — 10 CVM·M·MENOPHILO exemplum secundum (Marc. B Red. Iuc.) solum. — 11 LIB·AVG· N·N exempla omnia, nisi quod AVGG· est in Brix. ex emendatione, sed necessaria; nisi forte quadratarius ipse peccavit. — EX·PROCVRANTE cod. 119. — 12 INDVLGENTISS Felic. II, INDVLGENTI/// Manut. — 13 om. cod. 119. — Denique memorandi sunt typi interpolati duo, alter Scaligerani libri, ubi v. 9 pro AEDIL·POLAE scribitur AEDIL·CORS, ut mittam minora; alter originis incertae a Kandlero allatus, ubi mancum exemplum Gruteri sic redintegratur: IMP·CAES·L·AVRELIO·VERO·AVG·ARMENIACO·MED·PARTH·MAX·TRIB·P·VI·COS·II et quae sequuntur.

---

28 Polae rep. in moenibus ad portam quae creditur Aesculapii, extat in museo.

I M P · C A E S
M · A V R E L I O
A N T O N I N O
PIO · FEL · AVG
PART · MAX · BRIT · MAX
PONT · MAX · TRIB · POT XVI p. C. 213
IMP · II · COS · IIII · P · P · PROCOS
DIVI·SEVERI·FIL·DIVI·M·ANTO
NINI·NEP·DIVI·ANTONIN·PII
PRONEP · DIVI · HADRIANI
ABNEP · DIVI · TRAIANI · ET
DIVI NERVAE ADNEP
MAGNO · IMPERATORI
D · D

Contuli. Ed. Kandler in Istria 1849, 159 et inscr. n. 177.

---

29 Pola *tratta nel 1842 dal diroccamento di una casa alle mura verso il porto in prossimità del tempio di Roma ed Augusto* KANDL. Est in museo.

VLPIE SEVE
RINE AVG
CONIVGI D N p. C. 270/5
AVRELIANI · IN
VICTI AVG
MATRI CAS
TRORVM
RES · PVB
POLENS

Contuli. Ioh. Carrara apud Kandlerum *espl.* n. 11 p. 5; Kandler ms. et in Istria 1846, 27 (inde Henzen 5552) et inscr. n. 178.

---

30 Polae in museo.

imp. cae|S · M · AVRELIO
ualerio|MAXIMIA p. C. 286/305
no pi|O FELICI
inuic|TO AVC

Contuli. Ed. Kandler inscr. 1862 n. 692.

---

31 Polae in basi marmorea CYR. (TRAG. IAD.). In pedibus arcus qui est fere in fundamentis ecclesiae maioris MARCAN. (B) similiterque RED. et IUC. Sub campanili aedis pontificiae SANUTUS. Ibidem adhuc prostat. — Inter Brixiana BRIX.; in Ghedi ROSSI; in Corsica in campanili aedis basilicae Nebbiensis CODEX SCALIGERI, fraude omnes.

IMP · CESA · VAL
LICINIANO LICI
NIO · PIO · FELICI p. C. 307/323
INVICTO AVG
RES · P · POL · D · N · M · E

Descripsi. Cyriaci exemplum habent Tragurinus n. 3 et Iadestinus n. 3 (inde Spon. *voy.* 3a 67 coll. 1, 80 itemque Whelerus 1, 5, qui quamquam lapidem viderunt, tamen detritum opinati eum suppleverunt ex ms. Valerii Ponte) neque aliunde pendent, ut supra p. 5 observavi, Marcanova Bern. B n. 2, Mut. n. 18 (ex Marcanovanis Sirmond. cod. Paris. 1418 n. 64 indeque Grut. in not. ed. 2) et Redianus A n. 3, item Mur. 1071, 6 ex schedis suis. Aliunde Iucundus n. 14. Item ex lapide Sanutus (cod. Bellon. A f. 35'; Panvinius cod. Vat. 6035 f. 43; Sabinus n. 52; Martyr n. 30; Smet. 155, 4 et Grut. 263, 7 ex Martyre; Brix. p. 41; Oct. Rossi p. 279 indeque Mur. 1034, 7; cod. Ver. omisit); cod. Marc. 14, 119; cod. Manut. 5237 f. 117; Utin. p. 7; Carli 2, 83; Vergottin Pola p. 49; Stuart *Antiq. of Athens* (1816) 4 p. 1 qui aere expressit; Steinbuechel *Wiener Jahrb. A. B.* 12 (1820) p. 30; Ioh. Carrara apud Kandlerum *espl.* n. 11 p. 6; Kandler Istr. 1846 p. 27, inscr. n. 179.

Memoriae causa adscripsi exempla tria antiquissima Cyriacanum Iucundianum Sanutianum; in primo hiatus male suppletur, in tertio celatur.

Cyriacus (apud Trag. Iad.):	*Iucundus:*	*Sanutus (apud Sabinum):*
IMP · CAESARI	IMP · CAESAR	IMP · CAESAR
L·SEPTIMIO·SEVERO	. . . .	PIO FELICI
PIO · FELICI ·	PIO · FELICI	INVICTO AVG
INVICTO AVG	INVICTO · AVG	RES·P·POL·D·N·M·E
RES · P · POL · D·N·M·E	RES·P·POL·D·N·M·E	

Utin. sic: IMP · CESA · VAL || IXI//S///L/// || NI//PIO FELICI cet. Stuartus sic: IMP·CESA·VAL || *Liciniano lici* || NIC·PIO·FELICI. Recte legit item Ioh. Carrara. Praeterea Octavius Rossius v. 5 dedit RESP·BRIX, a qua interpolatione codex Brixianus Manutianus immunis est; item Scaligeri liber ibidem RES·P·CORS.